

[1] Sī quis, iūdicēs, forte nunc adsit īgnārus lēgum, iūdiciorum, cōnsuētūdinis nostrae, mīrētur profectō, quae sit tanta atrōcitas hūiusce causae, quod diēbus fēstīs lūdisque pūblicis, omnibus forēnsibus negōtiis intermissis ūnum hoc iūdicium exerceātur, nec dubitet quīn tantī facinoris reus arguātur ut eō neglēctō cīvitas stāre nōn possit. Īdem cum audiat esse lēgem quae dē sēditiōsīs cōnsclerātisque cīvibus quī armātī senātum obsēderint, magistrātibus vim attulerint, rem pūblicam oppūgnārint, cotīdiē quaerī iubeat: lēgem nōn improbet, crīmen quod versētur in iūdicio requirat; cum audiat nūllum facinus, nullam audāciam, nūllam vim in iūdicium vocārī, sed adulēscentem illūstrī ingeniō, industriā, grātiā accūsārī ab ēius filiō, quem ipse in iūdicium et vocet et vocārit, oppūgnārī autem opibus meretrīciis, Atratīnī illūs pietātem nōn reprehendat, muliebrem libīdinem comprimendam putet, vōs labōriōsōs exīstimet, quibus ōtiōsīs nē in commūnī quidem ōtiō liceat esse.

[2] Etenim sī attendere dīlīgenter, exīstimāre vērē dē omnī hāc causā volueritis, sīc cōstituētis, iūdicēs, nec dēscēnsūrum quemquam ad hanc accūsātiōnem fuisse, cui, utrum vellet, licēret, nec, cum dēscendisset, quicquam habitūrum speī fuisse, nisi alicūius intolerābilī libīdine et nimis acerbō odiō nīterētur. Sed ego Atratīnō, hūmānissimō atque optimō adulescētī meō necessariō, īgnōscō, quī habet excūsātiōnem vel pietātis vel necessitātis vel aetātis. Sī voluit accūsāre, pietātī tribuō, si iussus est, necessitātī, sī spērāvit aliquid, pueritiae. Cēterīs nōn modo nihil īgnōscendum, sed etiam ācritur est resistendum.

[1] Als er iemand, leden van de jury, nu toevallig aanwezig zou zijn, onbekend met de wetten, met de processen en met onze manier van doen, zou hij zich inderdaad afvragen wat de zo grote gruwelijkheid van deze zaak is, gezien het feit dat op dagen van feesten en openbare spelen, wanneer alle werkzaamheden op het Forum zijn onderbroken, alleen dit proces wordt gevoerd en hij zou er niet over twijfelen dat er een aangeklaagde van een dermate grote misdaad wordt beschuldigd, dat bij verwaarlozing daarvan de staat niet zou kunnen blijven bestaan. Ook zou hij, wanneer hij hoort dat er een wet is, die voorschrijft dat er elke dag een gerechtelijk onderzoek moet worden ingesteld over opstandige en misdadige burgers, die gewapend de senaat hebben bezet, geweld tegen de autoriteiten hebben gebruikt en de republiek aanvallen: hij zou de wet niet afkeuren [en] hij zou naar de misdaad die aan het proces ten grondslag ligt, informeren; wanneer hij hoort dat er geen enkele misdaad, geen roeke-loze daad [en] geen enkel geweld wordt onderzocht, maar dat er een jongeman met een alom bekend talent, toewijding [en] charme wordt aangeklaagd door de zoon van diegene, die hij zelf voor het gerecht daagt en heeft gedaan, maar wordt aangevallen door de invloedrijke positie van een hoer, zou hij het plichtsgevoel van die Atratinus niet afkeuren, zou hij vinden dat de grilligheid van een vrouw moet worden betuugeld [en] hij zou u als veelgeplaagd beschouwen, wie het zelfs niet in de voor iedereen vrije dagen is toegestaan vrij te zijn.

[2] En als u inderdaad zorgvuldig zult willen opletten [en] een juiste voorstelling zult willen hebben over deze hele zaak, zult u het volgende vaststellen, leden van de jury, dat er niemand naar het Forum naar deze aanklacht zou zijn gekomen, *die de keus zou hebben*, en ook zou hij niet, wanneer hij zou zijn gekomen, enige hoop hebben gehad, als hij niet op de onverdraaglijke hartstocht en al te bittere haat van iemand zou steunen. Maar ik vergeef Atratinus, een zeer innemende en voortreffelijke jongeman, een vriend van mij, die gerechtvaardigd wordt door ófwel een plichtsgevoel ófwel door een dwang ófwel door zijn leeftijd. Als hij zelf heeft willen aanklagen, schrijf ik dat toe aan een plichtsgevoel, als hem bevolen is, aan dwang, als hij op iets hoopt, aan zijn jeugd. Aan de overigen moet niet alleen niets worden vergeven, maar die moeten zelfs fel worden bestreden.